



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. X. Rebellis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Excipiuntur orphanotrophi in l. 32. C. de Episc. & Cleric. ubi Gothofr. Matth. Stephan. ad Nov. 131. num. ult. quam constitutionem non esse extendendam ad curatores Ecclesiarum refert Carpov. lib. 2. Jurispr. consil. tit. 20. defin. 314. num. 7. & defin. 316. num. 1.

CAP. X. Rebellis.

Axioma I.

Rebellis non dicitur, nisi sit per sententiam condemnatus, Corn. cons. 96. vol. 4.

Limita: Rebellio notoria non requirit sententiam declaratoriam §. 1. tit. qui sint rebelles in extravag.

II.

Rebellibus non debet jus reddi, Cyn. in l. 1. C. de nat. lib. sed impune occidi possunt ut hostes, l. proditores. 7. ff. de re milit. & acta rebellionis tempore facta nulla sunt. Capic. decis. Neapol. 76. n. 17.

CAP. XI. Recessus.

Axioma I.

Recessus bonorum à malis mente semper debet esse, licet quandoque non fiat corpore. cap. tolerandi, & seq. 23. q. 4.

II.

Recessus non est actus extraneus, si in continenti revertitur. l. 1. §. qui præsens. 1. ibique Alex. ff. de V. O.

III.

Recedens statim reverurus habetur pro præsente, Bald. in Auth. habita. col. 8. ne fil. pro patr. Port. Imol. cons. 84. num. 19. recedens enim animo revertendi recedere non videtur. l. nihil 2. ff. de captiv. & postlim. nisi sublit alterius dispositioni, quia tunc videtur semper in loco à quo recessit, si ibi fuerit destinatus à superiore, quocunque animo recesserit. l. huiusmodi 84. §. legatum 10. ibique Bald. de legat. 1.

CAP. XII. Receptator.

Axioma I.

Receptare est quid facti, neque ab animo dependet. Barthol. Socin. cons. 262. in causa M. vers. secundo quod circa fin. p. 2.

II.

Receptans scienter facientem simili poena cum illo punitur, c. ult. in pr. de pen. in 6. receptatorem enim debere puniri, text. est in l. congruit. 13. ibique Bart. in 1. notab. ff. de offic. praesid. Quod verum, si fuerit in dolo. Bald. in l. quicumque in not. 1. ubi rationem assignat. C. de servit. fugitiv. ita receptans bannitum punitur poena, qua tenebatur bannitus, si sciverit, si ignoraverit poenam ejus & causam banni; si tamen sciverit bannitum esse, Bart. in l. 1. C. de colon. Illyr. lib. 11.

& tenetur solvere id, quod debet bannitus, l. fin. per Bald. C. de oper. libert. simili modo receptans furem, & res furto subtractas multandus est eadem poena, quā fur. l. eos 14. ubi Bald. Salicet & Paul. Castr. C. de furt. l. 1. C. de crimin. peculat. ubi Dd. l. 1. C. de his qui latron. l. castitaci 9. C. de adult. l. crimen 9. C. ad L. Jul. de vi. l. 1. ff. de receptat. l. 3. §. non tantum 3. ff. de incend. ruin. naufrag. in dolo siquidem praesumitur, si famosum & notorium malefactorem receptaverit, Gloss. & Bart. in l. 1. §. 1. ad fin. ff. de recept. herton Rosell. in addit. ad Bald. in l. quicumque. C. de servis fugitiv. ejusdemque sit conditionis, cuius est receptor. Brunnem. ad l. 3. C. de Fabricens. in fin. Quin & Interesse extrarem, quod in industriā personae consistit, & aliis praestari non solet, à Receptatore est praestandum. Brunnem. ad l. un. C. de Colon. Illyrican. n. 1.

Limita (1) nisi eum exulem vel criminis reum ignoraverit, tum enim immunis est à poena. Gloss. & Bald. in d. l. 1. ff. de recept. Felin. in cap. a nobis de except. l. 3. §. 3. v. sed enim ff. de incend. ruin. naufrag. Hyppol. Marfil. in l. 1. num. 237. C. de raptor. virg. l. qui ignorans. num. 16. & in l. qui falsam. in princ. num. 66. ff. ad L. Cornel. de Sicar. vel (2) vi metive coactus sit, tum enim nullam poenam pertimescere debet. l. in omnibus 3. ubi Florian. ff. de noxal. Hyppolit. de Marfil. in l. 1. in princ. num. 97. & §. fin. num. 13. & in l. 3. §. item cuius v. 2. ff. ad L. Corn. de Sic. & in l. 1. §. preterea. n. 17. ff. de quest.

III.

Receptator dicitur is, qui malefactorem abscondit, non qui ei potum vel cibum dedit. l. 1. §. quod autem 2. de serv. corrupt. l. 1. §. 1. ibique Bart. ff. de recept. arb. l. qui vas 48. §. qui furem 1. ff. de furt. Bart. Ang. & Salic. in l. 1. C. de his qui latron. item qui recepta mercede vel parte rerum ablatarum à fure furem dimisit, quem capere potuerit. l. 1. in fin. & ibi Dd. ff. de receptat. item & qui cohabitavit. cap. si Clericus. in princ. ibique Bald. in prim. notab. de pac. tenend. in Illyr. feudor.

De Receptitiis bonis vid. bona Conjugum.

CAP. XIII. Receptum.

Axioma I.

Quoties ex recepto civiliter agitur, toties hospes ad restitutionem simpliciter tenetur, non obstante, cujus culpa perierit: quia quasi Contractus ex recepto ortus indistinctè personam cauponis constringit ad praestandum id, ad quod lege quasi contractus se obligaverat, scil. ad rem restituendam. Obligatur igitur hospes, si res facto suorum servorum perierit. l. 1. §. ult. ff. de nant. caup. stabul. siue advenarum seu viatorum. l. 2. ff. eod.

Limita: nisi res casu planè fortuito perierint, e. g. vi piratarum seu latronum l. 3. §. 1. in fin. ff. eod.

II, Quo